

rum operum, quae apud nos fiunt tam in vigiliis quam ieiuniis, in orationibus et ceteris laboribus, quae die noctuque in dei servitio peraguntur, ut eorum tam in vita quam in morte una nobiscum participes existatis. Datum anno domini M°.CCC°.V°. in die beati Laurentii martiris.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Klostersiegel an einem Pergamentstreifen.

No. 66. 1306. 26. Mai.

*Probst Albert und der Convent beurkunden, dass sie von dem vormaligen Klosterkellner Friedrich von Hohnstädt 3 Mark Silber zu Anschaffung eines für den Gebrauch in der Allerheiligencapelle bestimmten Missale erhalten haben.*

In nomine domini amen. Nos Albertus dei gratia praepositus, Johannes prior totusque conventus canonicorum regularium sancti Thomae apostoli in Lypzk universis quibus praesens scriptum exhibitum fuerit cupimus fore notum, quod a Fritzcone de Honstete quondam celerario nostro tres marcas argenti accepimus in usum ecclesiae convertendas hac de causa, ut missalem novum, quem dominus Heynricus de Wisenvelz comparaverat, capellae omnium sanctorum iure perpetuo appropriari faceremus et dotari, et quicumque praedictae capellae fuerit praestitutus, in praefato missali vendendi obligandi seu quoquo modo ab eadem capella alienandi nullam penitus habeat potestatem. In cuius rei testimonium et robur sempiternum praesentem paginam praelibatae capellae assignavimus cum appensionibus nostrorum sigillorum firmiter communitam. Acta sunt haec anno domini M°.CCC°.VI°. VII° Kal. Junii. Huius testes sunt Conradus de Burnis, Heynricus de Brunswic, Symon de Wriberch, Jo. Haulo, H. Wisenvelz, Hermannus Baurus, Jo. de Drilleuben, Nycolaus de Wolwshayn, H. de Schonenvelt, Siffridus List, Johannes de Wrzyn, H. de Cyce, Theodericus de Mirica, H. de Wolwshayn, H. Caraz, Conradus de Ponte sacerdotes ecclesiae nostrae, insuper et cives Lypzenses Rulo de Beringershayn, Titzco Sturmo, Rudgerus de Basilea, Hermannus de Colonia et alii quam plurimi fide digni.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den Siegeln des Probst Albert und des Convents, letzteres beschädigt.

No. 67. 1307. 2. März.

*Landgraf Dietrich eignet das ‚Suchus‘ (Schuhhaus), welches das Kloster durch ein Vermächtniss des Nicolaus Pabst erlangt hat.*

Nos Thidericus dei gratia iunior Thuringorum lantgravius, Orientalis marchio et dominus in Grechz recognoscimus et publice protestamur, quod viris discretis et religiosis .. praeposito et capitulo ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipzk residentibus casam quae Suchus dicitur in vulgari annuatim unum talentum solventem, quam casam Nycolaus Papa pro remedio animae suae ecclesiae legavit ibidem necnon a nobis feodaliter possedit, appropriavimus et in praesentibus pure propter deum appro-